



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi  
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismvs  
Catholicus, summam Christianæ institutionis IIII. libris  
succinctim complectens**

**Klinge, Konrad**

**Coloniae, 1570**

**VD16 K 1309**

3. De magistratu, quod non puniat delicta populi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29452**

& primùm Antiocho, 2 Mach. 9. Baltasari regi, Dani.  
 s. Heliodoro, 2. Machab. 3. &cæt. & Christus eiecit ea  
 mentes & vendentes de templo, quod hodiè etiam  
 puniuntur peccata sacerdotum in destructione Eccle  
 siarum atq; cultus diuini. Insuper magistratus nō pu  
 niens delicta populi, & negligēs officium regiminis  
 ad quod euocatus est, punitur, Num. 25. Superbia re  
 gentium etiā punitur in populo, 2. Reg. 24. septuaginta  
 duo millia hominum peste ociosi sunt propter su  
 perbiā Dauidis, ob murmur quoq; & inobedientiā  
 populi atq; subdiaconorum percussit Deus sexenta  
 millia virorum, exceptis paruulis & seruis eorū, pre  
 ter Iosue & Caleb, Numer. 14. serpentibus lēduntur,  
 cap. 21. Maria lepra percuditur, cap. 12. punitur & ne  
 gligentia correptionis filiorū, 1. Re. 2. & 4. de Heli, de  
 quadraginta pueris qui lacerantur ab vrsis, 4. Reg. 2.  
 Itē blasphemus lapidatur Leui. 24 & temerās Sabba  
 thum, Num. 15. adulter lapidatur &c. Leui. 20. Huiū  
 smodi punitiones & cōsimiles tradit scriptura infli  
 ctas fuisse populo ex iustitia Dei, qui licet credebat  
 vñ Deum viuentē, & erant in via ad terram promis  
 sam, quia tamen sine timore Domini vixerunt & pec  
 cātunt, idēo puniti sunt, & id quidē nobis in exem  
 plum, qui in finem seculi peruenimus, 1. Cor. 10. Sed  
 inquis: hæc sunt exempla veteris legis, quandō non  
 dūm Christus fuit natus, tunc nondūm fuit reuelata  
 & exhibita Dei misericordia propter Christum, sicut  
 nunc est in nouo testamento: iam sola fiducia miseri  
 cordię ad Deum per Christum omnia tollit &c. Resp.  
 Nos meritō Deum timere debemus, & cauere à pec  
 catis, nec securi esse, quia baptizati sumus, & Euang  
 elium habemus & redempti sumus propter Christū:  
 hec nihil nobis proderunt, nisi peccata fugerimus, &  
 obediētiam præstiterimus Euangelicis præceptis: nā  
 ipse Christus dicit Mat. 7. Non omnis qui dicit mihi,  
 Domine Domine, sed qui fecerit voluntatem patris

GG      mei.

mei, & ibidem cap. ii. Væ tibi corozain &c. & de omni verbo ocioso reddenda erit ratio, & cap. 19. de Diuite & obseruantia præceptorum, & 23. de vœ Phan. sæorum &c. atq; in pluribus alijs locis satis comminatur suam iustitiam peccantibus & impœnitentibus, & Apostolus sepè ac plurimis in locis minatur i. Co. 6. Neq; fornicarij, neq; idolis seruientes, neq; adulteri, neq; molles &c. neq; maledici, neque raptore, gnū Dei possidebunt, & Eph. 5. Hoc scitoꝝ intelligentes &c. item Gala. 5. Manifesta sunt opera carnis, inimicitia, fornicatio, veneficia, cōtentio, iræ, rixæ, dissensiones, homicidia, ebrietates, seſta, & his simili, quæ prædico vobis, sicut prædixi, quoniam qui talia agunt, regnum Dei non possidebunt. Ephe. 5. Nemo vos seducat inanibus verbis, propter hęc enim venit ira Dei in filios diffidentiæ. Nolite effici participes eorum, ecce apertè prædictit Apostolus, quod in tales peccatores venit ira Dei, qui talia vitia perpetravit. Non igitur Euangelium est solus sermo de misericordia & gratia & remissione peccatorum, sed etiam sermo de iustitia & austeritate atque iudicio & damnatione impiorum: nam idem ille Christus qui dicit, credite Euangeliō Mar. 1. is quoque dicit, pœnitenti: & si vis ad vitam ingredi, serua mandata, & idem Christus qui dicit Ioan. 3. Ut omnis qui credit in Ium, non pereat: dicit etiam, Ioan. 5. Qui bona age: runt, ibunt in vitam æternam: qui verò mala, in ignis æternum. Pronunciat igitur Euangelium misericordiam pœnitentibus & credentibus, sed iustitiam & iudicium impœnitentibus & peccatoribus. Ergo simus nimiū securi, neque timorem Domini ab oculis seponamus: nam licet simus iustificati semel, nisi tamen illam virtutibus retinuerimus, non præderit.

CAP V T      X X V.

Mult